



In Nomine Domini Amen. Vladislaus Dei Gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Lithvaniae, Princeps, Supremus Pomeraniae, Russiaeque Dominus et Haeres. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus universis, quibus expedit praesentibus et futuris praesentam notitiam habituris etc. etc.

Benigna consideratione praehabita ad multiplicia fidelitatum obsequia, quibus strenuus Joannes de Tarnov Palatinus Sandomiriensis, Miles Noster fidelis dilectus in oculis Nostrae Maiestatis se gratum reddidit, multipliciter et acceptum cuius etiam merae fidelitatis constantiam et laboris indefessi solertiam continuis indiciis experimur. Horum itaque consideratione quantum cumque volentes praefatum Joannem palatinum specialis favoris prosequi gratia ipsumque praerogativa laetari cupientes et perfrui ampliori, sibi de Nostrae liberalitatis plenitudine gratioius indulgimus et tenore praesentium indulgemus, ut de villa sua Przeworsco dicta, in terra Nostra Russiae situata, oppidum et forum septimanale possit et valeret facere, statuere et locare, perpetuis temporibus duraturum, decernentes ipsum forum feria secunda omni septimana cuiuslibet anni fore continuo in iam dieto oppido celebrandum, dantes et conferentes pluram et omnimodam potestatem et libertatem omnibus et singulis mercatoribus ac quibusvis aliis hominibus cuiuscunque status aut conditionis existunt, venientibus ad praedictum oppidum omni feria secunda, ut praefertur, cum rebus et mercibus ipsorum cuiuscunque generis aut speciei fuerint, vendendi emendi iuxta ipsorum et cuiuslibet eorum beneplaciti voluntatem.

In quorum omnium testimonium et evidentiam plenioram praesentes litteras nostras scribi fecimus nostrique maioris sigilli iussimus munitione roborari.

Actum Cracoviae in crastino Beati Mathiae Apostoli anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio. Praesentibus Spitcone Palatio Cracoviensi, Cristino de Ostrov Sandomiriensi, Petro Cmita Lublinensi, Imramo de Pleschov Zavichostensi, Cristimo de Koziglov Sandecensi Castellanis et Drogossio iudice Cracoviensi ac aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Venerabilis Zaklicze Cancellarii et Clementis de Moskorzew Vicecellarii aulae nostrae.

25 lutego 1393 roku król Władysław Jagiełło nadał Przeworskowi prawa miejskie. Oryginał dokumentu króla Jagiełły zaginął. Istnieje jednak jego kopia sporządzona w 1781 roku, wpisana na początku kopiariusza akt miasta Przeworska z tegoż roku, znajdującego się dziś w Bibliotece Czartoryskich w Krakowie. Kopia ta została opublikowana przez Stanisława Kurasia (wybitnego znawcę i wydawcę małopolskich dokumentów średniowiecznych) w VI tomie „Zbioru dokumentów małopolskich”, wydanego w 1974 roku. W kopiariuszu dokumentów magistratu przeworskiego z lat 1785-1789, który obecnie znajduje się w zbiorach Muzeum Pałacu Lubomirskich w Przeworsku, miejski pisarz przysięgły Jan Czwikliński (Ćwikliński) podał wykaz 46 dokumentów przekazanych władzom zaborczym. Wśród nich znalazł się i ten królewski z 1393 roku. Całkiem możliwe, że znajduje się on w którymś z archiwów galicyjskich. Może lwowskim, a może wiedeńskim? Nie wiadomo. Możliwe, że kiedyś ktoś go odnajdzie.

[Relacja z obchodów 625. rocznicy nadania praw miejskich.](#)